

2

NOBILISSIMO VIRO  
CONSTANTINO HUGENIO  
A ZVYLICHEM  
EQUITI  
ILL<sup>mo</sup> ARAUSIONIS PRINCIPI POLIORCETAE  
A CONSILII ET SECRETIS.

Godefridus Wendelinus. S. P. D.

Humanitas tua VIR NOBILISSIME, in PUTEANVM nostrum (anima recte mea dimidium) non literis tantum, et carmine admirando expressa, sed beneficio insuper gemino con-  
tesserata, dudum me prouocarunt ut et ego te compellere auderem. Id vero eò libentius facio tempore hoc, quo spiritus meus a te trahitur; quo inquam, littera suadique mea involuntatem suam totam Comitati debebunt tuae. De quibus prolixa testimonia cum PUTEANI nostri, CABELLANQUE, tum et PERAVN Galli aliorumque nihil moror; neque tanti mihi sum ut aut me ipsum aut illa seruata velim, si tu nolis; cuius rei ut periculum faciam rursus ingenij mei qualerumque fetum, sed maiorum prodromum iudicio sisto tuo. Istud vero cuiusmodi sit futurum beneficio spero sentiam, quale a MAGNO illo tuo PRINCIPE POLIORCETE mihi spondeo. Et quid dico TVO? cur non et MEO? quando Arausionensis Academia suffragijs honoratus, iam inde a viginti et vno annis in iuris vtriusque Sacerdotium illis sum adoptatus. Da ergo vel hinc Comitati hoc et humanitati tuae VIR NOBILISSIME, ut tantum seruitutis indulgeatur studijs meis, quae et quae sub manu mihi sunt iam adfecta complura perdurantur ad umbilicum, et in illis tu sicut benignitatem tuam, ita et nomen tuum, hoc est, te totum aliquando leges. Velut imbeataque Fortuna capi Thebas ab Alex-  
andro, sed tamen pare domum Pindari; quati a Demetrio Rhodiorum moenia, pari pectore; inuadi Brabantiam, indalgei monumentis ingeniorum meis. Hoc forus afflata desinat esse t. eo. ut tu caneres.  
Sic Princeps tuus vivat, sic vivat, sic saluum velis (quem saluum volat si Illustrissimum Galliae Legatum de BAUCY de me audiet)

Sui Tuique Plenum

Bethasij (Vulgo Beeth)  
xiv. Cal. Iulias 1632

Godefridum Wendelinum  
Bethasiorum pastorem

Handwritten text at the top of the page, possibly a date or reference number.

Handwritten text, likely a title or header, possibly starting with 'ON THE...'.

Handwritten text, possibly a name or a specific reference.

Handwritten text, possibly a name or a specific reference.

Handwritten text, possibly a name or a specific reference.

Handwritten text, possibly a name or a specific reference.

Handwritten text, possibly a name or a specific reference.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script, likely a letter or a short treatise.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a closing.



